

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Schriften - Cod. Aug. perg. 205

Alcuinus, Flaccus

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Liber Ecclesiastes

[urn:nbn:de:bsz:31-10525](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-10525)

ficere curauit. hoc est caritate. gaudiū. pacē.
benignitatē. bonitate. modestiā. continentiā.
fidem. paciētiā. Pro hoc fructu dignā illi red
dite mercedem. Et laudent eum in postis ope
ra eius. hoc est in uidiō sive in ingressu patrie
caelestis. Laudent eā opera ipsa quae facit. hoc
est remuneretur pro bonis operibus quae ges
sit. **INCIPIT LIBER ECCLESIASTES.**

IN QUOT nominibus uocatus est salomon.

R Tribus. sicut scripturae sacrae manifestis
sime docent. id est salomon. ydida. & eccle
siastes. **IN** Quare his nominibus appellatus
est. **R** Salomon id est pacificus dictus est. eo
quod in regno eius pax fuerit. Id yda. uocatus
est. id est dilectus dñi. quia dilexit eū dñs.

IN Ecclesiastes quae lingua dicitur. **R** Graeca. nam
hebraice coeleth dicitur. **IN** Coeleth. uel ecclesia
stes quid sonat in latino sermone. **R** Ille pro
prie dicitur ecclesiastes. qui coetū id est ecclesiam con
gregat. unde recte in latino sermone eccle
siastes dicitur. contionator. quia contionatur. id est

loquitur ad populū . & sermo eius non ad unū
 speculiter . sed generaliter dirigitur ad om̄s .
Contionator ergo recte in sc̄a ec̄ta dici potest
 p̄dicator . **IN** Quot libros edidit salomon .
R Tres tantū iuxta numerū uocabulorū suorū .
 hoc est prouerbia . ecclesiasten . cantica canti
 corū . **IN** Quid agit salomon in prouerbis . aut
 quid docet in ecclesiaste . uel cantico canticorū .
R In prouerbis docet paruulū & per uarias sen
 tentias instruit quasi filiū . In ecclesiaste uo
 iā p̄fecte aetatis uirū imbuit . ut intelle
 gat . quia in huius mundi rebus nihil p̄petu
 um . nihil gloriosū aut magnū . sed om̄ia
 sunt breuia . caduca & uana quae cernimus .
In cantico canticorū iā uirū consummatū
 atq̄ . p̄fectū in omnibus & uariis exornatū
 uirtutibus sponsi . id est dñi ih̄u xpi iungit
 amplexibus . **IN** Spirituāliter uitē quē signi
 ficat salomon iste id̄r̄da & ecclesiastes . **R** Dñm
 ih̄m xpm̄ qui est nr̄ salomon id est paci
 ficus . quia pacificans om̄ia p̄ sanguinē suū .



fecit utraq. unum. hoc est de duobus populis.
 unā sibi construxit eccliam. Unde apostolus.
 xpc inquit pax nrā qui fecit utraq. unū. Ipse
 est & idr da. hoc est dilectissimus patris filius.
 de quo ipse pater ad discipulos ait. Hic est fili
 us meus dilectus. in quo mihi bene conplacui.
 Ipse nimirū & ecclesiastes. id est contionator
 . nr. qui coetum congregat. uidelicet scām
 eccliam de uniuerso orbe terrarū. Ad quā
 loquitur dñs. discite a me quia mitis sum
 & humilis corde. & inuenietis requiē anima
 bus uris. Hic est filius dauid. ad quē caeci in
 euangelio ergo clamabant. dicentes. mise
 rere nrī fili dauid. hic est & iam rex hierlm.
 non terrestris. sed illius caelestis quae est
 mater omniū nrōrum. **INT** Quid est quod
 dicit ecclesiastes. uanitas uanitatū omnia ua
 nitas. cū scriptū sit in libro genesis. uidit dñs
 cuncta quae fecit. & erant ualde bona. Sic unc
 ta quae fecit dñs ualde bona. quomodo er
 go omnia uanitas. & non solū uanitas. sed & iā

uanitas uanitatum. **&** Caelum & terra. maria
 & omnia quae in hoc circulo continentur per
 se quidem bona sunt. quoniam ab uno deo creata sunt.
 Sed comparata deo. utique. pro nihilo habenda sunt.
 quia semper deus per manebit id quod est. il
 la uero omnia per transibunt. Nam quae uiden
 tur. temporalia sunt. quia transitoria. Quae
 autem non uidentur. aeterna sunt. **¶** Quare
 bis replicauit sententiam suam dicens. uani
 tas uanitatum dixit ecclesiastes. uanitas
 uanitatum omnia uanitas. **&** Ad ex
 aggerandam
 magnitudinem uanitatum. iterauit sententiam suam.
 ut per hoc demonstraret. quia omnis gloria mun
 di sicut flos feni marcescet. & sicut fumus pertran
 siet. **¶** De quibus generationibus dicit. Genera
 tio praeterit & generatio aduenit. **&** Degeneratione
 iudeorum. & generatione gentium. Recedit enim
 prima generatio iudeorum. & quoniam perit propter
 infidelitatem. & succedit ei generatio de gentibus con
 gregata. uidelicet sancta fidelium ecclesia. quae per fi
 dem christi saluatur. Potest & sic intellegi. generatio

uadit & generatio uenit. hoc est alius morienti
 bus alii nascuntur. & quos prius uideras iam
 non uides. & incipies uidere eos qui ante non
 fuerunt. **INT** Quare dicit salomon. terra in
 ternum stat. cū dñs in euangelio dicit. caelū
 & terra transibunt. **R** Vere iuxta dñi senten
 tiā caelum & terra transibunt per meliora
 tionem. sed non per abolitionē. quia igne iudi
 ci purgata meliorabunt. quō renouabuntur.
 sed penitus non destruentur. Tantum quippe
 ardebit caelum sursum & terra deorsum. quin
 tū malitia demonū simul & hominū conqui
 nari potuit. Ergo iuxta sententiā salomonis.
 terra in eternū stabit. quō numquā destrue
 tur. uerum tamen renouabitur & meliorabi
 tur. **INT** Quid significare uoluit salomon cū
 ait. Ortus sol & occidit. & ad locum suum re
 uestitur. ibiq. renascens. girat per meridiem
 & flectitur ad aquilonē. Quis enī nescit quia
 ortus sol & occidit. & per incognitas nobis
 uias regreditur ad locū suū unde ortus est

ut iterū oriatur. & Hoc ideo salomon dixit. ut ostenderet quia sol ipse qui hominibus in luce diei datus est. sua mutabilitate id est ortu suo. & occasu cottidie huius seculi demonstrat interitum. Per has namq. mutationes temporum & per ortum & occidit docet salomon. quia humana aetas cottidie non cessat interire atq. deficere.

IN Sol iste qui cottidie oritur & occidit. qui in hoc loco spiritaliter significat. & illum uerū solem. dnm uidelicet ihm xpm. qui est sol iustitiae. de quo propheta dicit. Vobis qui timetis dnm orietur sol iustitiae. Iste sol iustitiae cottidie oritur timentibus se. hoc est fidelibus suis. uidelicet scis hominibus. Occidit autē & iam meridie pseudo propheta. hoc est hereticis & malis catholicis. quia propter peccata sua lumen gratiae ipsius amittunt; Occidit & iam infidelibus quia luce fidei non merentur inlustrari.

IN Quid est qd ait. oia flumina intrant in mare. & mare non redundat. ad locū unde exeunt flumina reuestuntur ut iterum fluant. Quis enī nouit. quod ad locū suū flumina reuestantur

ut iterum fluant. **R** Nouit ecclesiastes. ille uidelicet
 salomon per gratiam sci sps. Seditte nr ecclesiastes
 dñs scilicet iue xpc qui est ipsarum aquarum
 conditor. per potentiam diuinitatis qua equalis
 est dō patri. plenissime nouit. quia flumina qua
 in mare intrant. in abyssum fluunt. & per ocul
 tas uenas ad capita fontū reuestuntur & de mari
 ce abyssu iterum ebullire incipiunt. **INT** **S**pirita
 liter autem quid significent haec flumina. **R** Per
 haec flumina sci designantur pdicatores. qui dū
 in stribus emicant. doctrinis coruscant. uere flu
 mina sunt. quō aridam terram carnaliū cordi
 um. scā sua pdicatione simul & operatione inri
 gant ut ferant bono rū operum fructus. **INT** Quo
 modo ergo reuestuntur haec flumina ad locam
 unde exeunt ut iterum fluant. **R** Quia sci pdica
 tores in omni doctrina & opere quod faciunt. ad
 laudē sui creatoris recurrunt. ut dñō auctoris suo
 laudes & gratias referant. per quem ut talia faceret.
 & omne bonum quod sunt acceperunt. Semp enī
 ad fontem ueriluminis reuestuntur ne forte arescant

& exsiccantur. ut ex eo aquam sapientie & gratiam
 institutum accipiunt. ut uerum fluant. hoc est & semet
 ipsos bonis operibus repleant. & aliorum corda
 fluentis doctrinae spiritalis infundant. Omnes etiam
 fideles uiri sancti flumina sunt. Et haec flumina ad
 locum unde exeunt reuertuntur. quo per secula desi
 deria ad amorem sui conditoris redeunt. & de
 omnibus bonis laudes & gratias illi referunt a quo
 ea proceperunt. **INT** Quare dedit salomon cor suum.
 hoc est sollicito corde studuit scire prudentiam
 atque doctrinam. erroresque & stultitiam. Bonum quip
 pe est scire prudentiam atque doctrinam. Quid
 autem bonum est errores scire atque stultitiam?

R Sicut enim bonum est scire prudentiam & doctrinam.
 ita uere bonum est errores scire & stultitiam.
 quomodo prima sapientia est carere stultitia. Care
 re uero stultitia nemo potest. nisi qui intellexe
 rit eam. Similiter errores. nemo potest uitare.
 nisi qui intellegit eos. Propter ea in rebus terre
 nis plurima sunt noxia creata. ut dum ea uitamus.
 erudiamur ad sapientiam. **INT** Quare fuit equa

le. Studiū salomon. scire prudentiā & doctrinā.
 & contrario errores & stultitiā. **R.** Ut dum appe-
 teret alia. & alia declinaret. id est adprehenderet
 bona & deuitaret mala. uera eius probaretur sa-
 pientia. **INT.** Quid: qd salomon dicit. quia in mul-
 ta sapientia. multa fit indignatio. & qui addit
 scientiā. addit & laborem. quomodo multa est
 indignatio. in multa sapientia. **R.** Ideo in mul-
 ta sapientia multa fit indignatio. quia quan-
 to quisq. maiore scientiā percipit. tanto ampli-
 us sibi dedignatur. & dolet se uitius & peccatis
 subiacere & non habere uirtutes. Nam quanto
 plus quisq. in sapientia proficit. tanto magis sibi
 irascitur de malis operibus quae gessit. Et con-
 tristatur & dolet sup peccatis suis. Et ideo qui ad-
 dit scientiā. addit & laborem. quia quanto am-
 plius caelestia & aeterna cognoscit. tanto
 magis dolendo & flendo laborat. ut errorum
 laqueos euadere possit. & liberari ualeat de
 huius seculi miseria. **INT.** Quare dicit risum
 deputaui errorem. & gaudio dixi. quid frustra

deciperis. cū naturale sit hominū redire. & dñs in eu-
 angelio dicat. gaudete & exultate quō merces urā
 magna est in caelo. **N**on reprehendit salomon
 risum naturalem. id est modestū & honestum.

Vnde alibi dicit. Vir sapiens uix tacitus ridebit. Sed
 risum dissolutū & immoderatū atq. p̄strepenstem
 appellat errorem. Talis nempe risus. uocatur ca-
 chinnus. similiter non sp̄itale sed temporale gau-
 dium uocat deceptionē. Illi ergo qui p̄terita
 mala sua non plangunt neq. intellegunt rui-
 nā peccatorū suorū. cachinnant & gaudent in
 bonis temporalibus. quia uana & breuia putant
 eē perpetua bona. & idcirco suauitate p̄sentis sui-
 tate decepti. cotidie huius saeculi errore uexan-
 tur. **I**nī Quid est quod ait. uidi in omnibus uani-
 tatē afflictionē animi. & nihil permanere sub so-
 le. quomodo dicit nihil permanere sub sole. cum
 superius dixerit. terra autē in aeternū stat. **N**u-
 hil enī p̄manebit sub sole qđ non transeat. quō om̄ia
 uana sunt. Vnde in euangelio dñs ait. Caelū &
 terra transibunt. At tam̄ terra in aeternū stabit.

quia non funditus destruetur. sed meliorabitur. sicut
 dictum est superius. **IN** Quare dicit. sapientis oculi
 in capite eius. stultus autem in tenebris ambulat. nu-
 quid oculi stulti non sunt in capite ipsius. **R.** Oculi
 in hoc loco non sunt corporales sed spirituales intellegen-
 di. oculi uidelicet mentis id est sensus & intentiones
 animi. Per caput uero designatur xps. unde ap[osto]l[us]
 ait. Caput uiri xps. Oculi ergo uiri sapientis
 in capite sunt. quia uir sapiens omnem intentionem
 suam ad xpm dirigit & in xpo collocat. & oculos
 suae mentis. semper ad caelestia meditanda subleuat.
S tultus uero in tenebris ambulat. quia & stultitia
 simul & peccatorum suorum tenebris obscuratur.
 & amore huius mundi obceatur. Odit enim caelestia
 & diligit terrena. Despiciat quae sunt aeterna.
 & amat temporalia. & ideo non potest sicut uir
 sapiens ad caelum oculos suos erigere. quia non
 cogitat ea quae dei sunt. sed quae huius seculi.
IN Quid ergo distat inter uirum sapientem & stultum.
R. Hoc distat. quia iste sapientiae claritate inlu-
 stratur & exornatur. ille uero errore stultitiae sae-

obtenebratur & detur patur. Ianuum quippe distat
 inter sapientem & stultum. quantum inter diem
 & noctem. lucē & tenebras. **¶** Quomodo tan-
 tum distat inter sapientē & stultum cū unus sit
 interitus utriusq. **¶** Sic enim moritur doctus ut
 doctus. sapiens ut insipiens. **¶** Quamuis unus sit occa-
 sus & similis mors sapientis & stulti. & saepe in hac ui-
 ta magis affligitur sapiens quā stultus. tamen non
 erit similis memoria in futuro. nec equalē recipi-
 ent remuneratione. Quō sapiens in die iudicii
 ad regnū caelestis eleuabitur gloriā. Stultus uero
 demergetur in aeternae damnationis tormenta.
¶ Quis est ergo iste sapiens qui tantū distat a stulto
 quantum lux a tenebris. Numquid ille qui philoso-
 phiis tantū discipline pollet affluentia. uel li-
 beralium artium splendor & eloquentia. **¶** Non utiq.
 quō secularis prudentia inimica est dō. & car-
 nalis sapientia quā uis eloquentiae floribus exor-
 natur. nullū tamen in se spiritale. nullū perpe-
 tuae beatitudinis continet fructū. Sed ille ueraciter
 est sapiens. qui dñm diligit. qui eius mandata custodit.

& quantum possibile est humane fragilitati. ei uoluntate in om-
 nibus studet implere. De quo paulo inferius dicit.
 homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam. & scien-
 tiam. & laetitiam. **¶** Quare statim subiungit. pecca-
 tori autem dedit afflictionem & curam superfluam. Si enim
 deus peccatori homini dedit sollicitudinem & curam ha-
 bere superfluam. quid ergo ipse peccat. si curis super-
 fluis. atque sollicitudine rerum temporalium affli-
 gitur. **¶** Causa superfluae cure atque male sollicitu-
 dinis non est in deo sed in illo qui ante sponte sua pec-
 cauit. Quia peccatis suis exigentibus promeruit.
 ut haberet curam superfluam & sollicitudinem. Et ideo
 quod ait. Peccatori autem dedit curam superfluam. intelle-
 gendum est. suis meritis exigentibus dari promisit uide-
 licet quia peccator fuit. **¶** Quid uult demonstra-
 re per hoc quod ait. omnia tempus habent. quod si omnia tempus
 habent. ergo aeterna diuinitatis substantia tempus
 habet. **¶** Absit. Illa quippe ineffabilis & aeterna
 diuinae maiestatis essentia. quae omnia creauit
 ex nihilo. non loco clauditur. non tempore con-
 gustatur. non nullo spatio terminatur. Et idcirco sa-

lo mon . ut ostenderit de quibus hoc dixerit .
 statim sub iunxit dies . & suis spatibus transeunt
 uniuersa sub caelo . Vult enim demonstrare
 quae contraria sibi sunt omnia quae in mundo
 sunt . & nihil est perpetuum ex omnibus his quae
 sub caelo sunt & infra tempus continent . **De**
 qua plantatione aut euulsione loquitur cum di-
 cit . Tempus plantandi & tempus euellendi
 quod plantatum est . numquid de plantatione
 ne ut euulsione arborum aut herbarum .

R Non . Sed de nativitate & morte hominum .
 Nam quod superius dicit . Tempus nascendi . hoc
 est quod sequitur . tempus plantandi . Hoc
 enim est plantare quod nasci . Et quod superius dicit . tem-
 pus moriendi . hoc est quod hic sequitur . Tempus euel-
 lendi quod plantatum est . Nam euelli quod &
 mori . Soli quippe deo notus est ortus & occasus
 hominum . id est tempus nascendi . & tempus mo-
 riendi . & tempus plantandi . & tempus euellen-
 di . Quo ipse instituit . & tempus in quo unusquisque
 nasceretur & plantaretur a diuita . & tempus in

quo moreretur & de hac uita euelleretur. hoc
 est p̄sentia moſtis eradicaretur. **Int̄** Quid est qd̄
 iterū dicit. tempus occidendi & tempus sanan-
 di. nulli quippe dubium quia tempus sanandi
 adō conceditur. Sed numquid d̄s instituit tempus
 occidendi alios. aut eum quē semel occiderit
 homo. poterit unquam sanare. **&** Non utique
 sed illi soli est tempus occidendi & tempus sanan-
 di. qui p̄ moſen loquitur dicens. Ego occidam.
 & uiuere faciam. percutiā & ego sanabo. Ipse ni-
 mirū statuit tempus in quo peccatores occidan-
 tur. & sanentur infirmi. hoc est peccatis langui-
 di. Tunc enī occidit. quando uel corporis
 infirmitate. uel aliqua mundi huius aduersita-
 te peccatores affligit ut corrigantur. & mori-
 antur peccatis & uiuant dō. Sepe namq. d̄s
 ideo flagellat sceleratos. ut eos occidant & sa-
 net. id est desinant eē quod sunt. & incipiant
 eē quod non sunt. Est ergo & tempus sanandi. cū
 d̄s omp̄s eos occidit. id est aduersitatibus mise-
 ricorduer afflixit. p̄ oculā inspirationē in

pungit. & ad penitentiam pro uocat. **Item** De qua
 destructione uel aedificatione loquitur
 cum dicit. Tempus destruendi & tempus ae
 dificandi. Num quid de aedificatione ac de
 structione domorum loquitur. quid enim
 nobis prodesset si hoc diceret. quis enim nescit.
 quomodo alii destruunt. & alii aedificant domos.

R Non hic loquitur salomon de domorum. sed
 de malorum destructione & aedificatione bo
 norum. Quomodo necesse est prius mala destruere.
 & sic postea bona aedificare. iuxta illud psal
 mistae. Declina a malo & fac bonum. Hoc ergo di
 cit. quia tempus est destruendi mala & tempus
 est aedificandi bona. Quomodo in praesenti uita conces
 sum nobis est tempus ad deum. ut destruamus mala &
 aedificemus bona. hoc est prius in nobis per pe
 nitentiam deleamus peccata. postea uero per sanctae
 desideria uirtutum construamus aedificia.

Item Quare dicit. tempus flendi & tempus riden
 di. tempus plangendi & tempus saltandi. quis enim
 ignorat. quia alio tempore flemus. alio autem

ridemus. aut quod profuit dicere tempus saltandi.
 numquid forsitan ostendere uoluit quia oportet
 nos saltationū exercere ludibria. **&** Absit. nihil
 enī oportet nos scurriliter agere. Sed tempus flendi
 est uita p̄sens. tempus autē ridendi est uita fu-
 tura. Qui ergo in p̄senti uita cotidianis fletibus
 & lacrimis peccata sua purgare studuerit. in
 uita futura ridebit. id est gaudebit. Similiter
 tempus plangendi est uita p̄sens. tempus sal-
 tandi est uita beata. In motu namq. saltationis.
 homo suae mentis gaudiū. & animi demonstrat
 affectū. Qui ergo in p̄senti uita plangendo sua
 studeat abolere peccata. in futura uita salta-
 bit. hoc est laetabitur. & exultabit in gl̄a ae-
 terne felicitatis. **¶** **¶** Quid est qd ait. tempus
 spargendi lapides. & tempus colligendi. Quid enī
 p̄dest lapides spargere. aut quid p̄dest colli-
 gere nisi fortasse domū uelit aedificare. **&** Non
 de hac causa loquitur salomon. sed de gentiū
 dispersione & collectione. Nam p̄ lapides
 gentiles designantur. vnde beatus iohannes.

Potens est inquit d[omi]n[us] de lapidib[us] istis suscitare filios
 abrah[ae]. Tempus eni[m] fuit spargendi lapides an
 te aduentum d[omi]ni. quia gentiles non p[ro]miser
 in unitate fidei. Sed recedentes ad o[mn]ia dispersi sunt.
 quia uarios deos adorabant. & diuersa idola colebant.

Tempus aut[em] fuit colligendi lapides post aduen
 tu[m] d[omi]ni. Quia sicut apostolus dicit. Vbi uenit
 plenitudo temporis. misit d[omi]n[us] filiu[m] suu[m]. factum
 ex muliere. factum sub lege. ut eos qui sub lege
 erant redimeret. ut adoptione filioru[m] recipere
 mus. Tunc quippe co[m]pit colligere lapides. quia
 p[ro]p[ter] actio[n]e[m] passionis ac resurrectionis suae mysterio.
 direxit apostolos suos in uniuersu[m] orbe[m] terraru[m].
 dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in no
 mine patris & filii & sp[iritu]s sc[ilicet] sc[ilicet]. Deinde celebrato qua
 dragesimo die mysterio ascensionis eius in caelos.
 mox ut ab ap[osto]lis fama nominis eius diffusa est lon
 ge lateq[ue] p[er] mundu[m]. lapides id est gentiles qui
 erant dispersi p[ro]p[ter] uaria[m] idoloru[m] cultura[m] collecti
 sunt. quia respicientes & abominantes idola. in
 unitate fidei conuenerunt. **IN** Quare iteru[m] dicit.

saluandi
 portu
 t. nihil
 p[ro]flendi
 uita su
 letibus
 rit. in
 militat
 bus sal
 tationis
 nostra
 do sua
 salta
 ta ac
 mpus
 uide[n]t
 t collu
 e. & non
 emau
 ides
 uines.

tempus dilectionis & tempus odii. cū iohs. q̄tus dicit: qui odit
 fr̄m suū homicida est: Et in euangelio scriptum est. qui odit
 animam suam in hoc mundo in uitā aeternā custodit
 eā. Et tē. Qui non odit patrē suū & matrē. fratres &
 sorores. uxorem & filios. adhuc autē & animā suam. n̄
 potest misce discipulus. **¶** Quid ergo. quando est tempus
 dilectionis & quando tempus est odii. **¶** Et nunc qui
 de est tempus dilectionis. quō post dñm. diligere debe
 mus patrē & matrē uxore & filios. ac ceteros ppinquos.
 O di uō tempus est. qui a p̄pi confessione contemne
 re. simul & odire debemus patrē & matrē om̄sq. pro
 pinquos si nobis in uia dī fuerint contrarij. sicut scī
 mastr̄es sepe fecisse legunt. **¶** Quid: qd̄ rursū
 dicit. Tempus belli. & tempus pacis. Quomodo tempus
 belli est. cū dñs in euangelio dicat. esto conseruiens ad
 uersario tuo cito dū es cum illo in uia. & tē. Siquis
 te percussit in dextera maxilla tua. p̄be illi & al
 teram. & qui uoluerit auferre tunicā tuam. remit
 te illi & palliū. **¶** Vere semp nobis est tempus belliet
 pugnae. quam diu in p̄senti seculo sumus. Quō semp
 necesse nobis est pugnare aduersus insidias hostis

antiqui. & aeri. is. hoc est maligno r̄spirituū debella
 re potestates. Pacis uō tempuserit. cū dep̄senti sc̄to.
 migrauerimus. Quo si bene pugnauerimus in hoc sc̄to.
 in futuro coronabimur. & in caelesti her̄tm aeterna
 pace securi requiescemus. **¶** Quare dicit. cuncta fe
 cit d̄s bona in tempore suo. cum superius om̄a d̄xe
 rit eē uanitatem. Si om̄a uana. quomodo ergo bo
 na sunt. **¶** Om̄a uana sunt. quia om̄a sunt transito
 ria. Verumtam̄ cuncta bona sunt. quō abono do
 e reata sunt. Et bona quidē sunt. non tamen semp
 sed in tempore suo. Nam bonū est uigilare. bonū est
 & dormire. ut tamen semp uigilare. aut semper
 dormire. non est utiq. bonum. **¶** Quare dubi
 tando loquit̄ salomon dicens. quis nouit si sp̄s
 filiorū adā ascendit sursum. & sp̄s iumentorū
 descendit deorsum. quis enī ignorat. quia sp̄s
 iumentorū. id est pecorū cunctorūq. brutorū
 animalū simul cum corpore dissoluitur. Sp̄s
 uō filiorū adā hoc est hominū. non simul cū
 corpore dissoluitur. sed mox ut egredit̄ de cor
 pore. aut deducit̄ ad gloria. aut demergit̄ in pe

nam. **R**e Paulo superius ostendit salomon. quia
 quantū ad corporis uilitatem nihil distat in
 ter iumentū & hominē. quia sicut moritur iu
 mentū. moritur & homo. & sicut iumentum redi
 gitur in puluere. similiter & homo. Sed ut ostē
 deret quia scdm animae dignitatē multū
 distat homo a iumento & pecore. idcirco sub
 iunxit dies. Quis nouit si sps filiorū adā ascen
 dat sur su. & sps iumentorū descendat deorsum.

Ostendit enī quia haec sola differentia est inter
 homines & bestias. quō sps hominis ascendit in
 caelū. & sps iumenti seu pecoris descendit inter
 rā. quia moritur & simul cū carne dissoluitur.

INT Cur ergo dicit salomon quis nouit. quasi nemo
 sit qui hoc cognoscere possit. **R** Ideo ait. quis no
 uit. ut difficultatē rei demonstraret. Nam quis
 in scripturis sacris non impossibilitatē sed diffi
 cultatē aut raritatē significare solet. sicut est
 illud. generationē autē eius quis enarrabit.
 hoc est aut nullus aut per rarus. Nam quod
 impossibile est. fieri nullatenus potest. Illud uō

quod est difficile fieri potest quia uisca magno
 labore. Ergo ideo dixit. quis nouit. quia per rarus
 aut certe difficile inuenitur ita spiritalis homo
 qui tunc perfecte comprehendere ualeat cū de
 corpore egreditur. utrum ascendat in caelum. an
 duentur ad poenam. **¶** **Q**uid significant spū
 liter isti filii adā ut illa iumenta. **R.** Filii
 adam significant scōs & electos uiros. qui me
 rito appellantur homines. quia rationabiliter
 scīe ac spiritaliter uiuunt. Per iumenta uō de
 signantur carnales. qui propter ea iumenta
 uocantur. quō bestialiter & carnaliter sicut
 iumenta & pecora uiuunt. Hinc enī scōs dā pro
 pheta dicit. homines & iumenta saluos facies
 dnē. Solet enī fieri. ut illi qui uidentur homi
 nes iusti. peccent & conuertantur a iustitia
 sua & faciant iniquitatē. **¶** **C**ontrario illi qui
 sunt mali & impii. conuertantur ab iniquita
 te sua. & faciant iustitiā & equitatē. Ideoq.
 dicit salomon. quis nouit si sps filiorū adā
 ascendat sursum. & sps iumentorū descendat

quia
 tu in
 ur in
 m red
 ostē
 naltū
 reosub
 la ascen
 deorsum
 t inter
 ndit in
 inter
 unur.
 nemo
 quis no
 an quis
 ed diffi
 cut est
 ubit.
 quod
 illud nō

deorsum. quia tam incertus est huius uitae status. ut &
 peccator qui iumentum uocatur. per penitentiam conuer-
 sus exsurgat & ascendat in caelum. Et iustus a iustitia con-
 uersus ruat in peccatum & dimergetur ad inferos.

IN Quid est quod ait. Stultus complicat manus suas. & co-
 medit carnes suas. qui est enim tam stultus qui carnem
 suam comedit. **R.** Stultus iste piger ille debet intel-
 legi. de quo in prouerbis dicit. Abscondit piger ma-
 num sub ascella. nec ad os suum applicat eam. Iste piger
 & stultus. complicat manus suas & comedit carnes
 suas. quia magis eligit in otio & torpore uiuere.
 & habere pugillum farris. quam laborando adqui-
 rere unde pascatur. Comedit carnes suas dictum est
 per yperbolen. **IN** Quid est yperbole. **R.** Yper-
 bole grece dicitur quando aliquid incredibile pro-
 festur. **IN** Quomodo ergo dictum est yperbolice
 comedit carnes suas. **R.** Quia incredibile est. ut
 homo carnes suas comedit. Sed ad exaggerandam
 pigritiam huius stulti ait. comedit carnes suas. ut
 ostenderet. quia magis desiderat stultus. ut caro ei
 tabescat inedia & misera famis deficiat. quam ut

manuum suarum laboribus sustentetur. **IN** Quis est

ille unus de quo dicit salomon. unus est & secundum non habet. non filium. non fratrem. & tamen laborare non cessat. nec faciuntur oculi eius diuitis.

N Ille est qui cum sit unus id est solus. non habet secundum. hoc est filium. aut fratrem aut aliquem propinquum. & numquam cessat laborare. hoc est diuitias congregare. nec tantas congregat ut ei sufficiant. Et ideo maxima uanitas est. quia congregat diuitias. & ignorat cui eas relinquit. **I**n spiritualiter que significat ille unus qui non habet secundum. **R** Dnm ihm xpm qui naturaliter solus est di patris filius. & solus descendit de caelis ad redimendum genus humanum. **I**n Quomodo non habet filium uel fratrem. cu in sacro baptis mate omnes xpiani filii di efficiantur & fratres dni ihu xpi. **R** Ille solus proprius & natura filius. ceteri uero omnes sunt adoptiui. Et ideo fratres eius sunt. non natura sed gratia. **I**n Quomodo ergo iste unus laborare non cessat. **R** Quia peccata nra paciemer

sustinet. & misericorditer ad poenitentiam expec-
tat. & pro nobis cotidie apud dñm patrem interpellat.

IN Quomodo non faciuntur oculi eius diuitis. **&** Quia
semper nostram desiderat salutem. **IN** Quis est ille fu-
niculus triplex de quo dicit salomon. funiculus triplex
difficile rumpitur. **&** Unitas patris & filii & sps sci.
quia indiuitate tres sunt persone. sed una est natu-
ra. **IN** Cur ergo. ut. difficile rumpitur. illud enim
quod difficile est fieri potest quauis cum magno
labore. Numquid ergo potest iste funiculus rumpi.
& Vere numquam. quia indiuidua est scē trinitatis
natura. sed difficile in hoc loco pro impossibili acci-
piendum est. quia fieri non potest. ut diuinitatis
natura scindatur. **IN** Quis est ille puer pauper.
& sapiens de quo dicit salomon. melior est puer
pauper & sapiens. rege stulto & sene. **&** Dñs in c̄
xps. qui puer dictus est. propter innocentiam &
simplicitatem. quia peccatum non fecit nec inuentus
est dolus in ore ei. Iste puer cū esset diues pauper
pro nostra salute factus est. Iste ueraciter est sapi-
ens. quia in ipso habitat omnis plenitudo diui-

nitatis corporaliter. **INT** Quis est ille rex senex & stultus. **R** Diabolus qui pene ab ipso mundi exordio regnavit in genere humano. & ideo senex uocatur. Et uere stultus rex. quia quanto plures decipit. tanto sibi poenam accumulatur. In regno quippe huius regis sensus & stulti. id est diabolici. natus est puer optimus. dñs uidelicet ihc xpc. qui factus est rex regum & dñs dominantium.

INT Quid est quod ait. custodi pedem tuum ingrediens domum dñi. numquid ab offensione lapidum monet custodire pedem. quando ingredi mur domū dñi id est ecclesiam. **R** Quamuis semper honeste & cum timore ac silentio debeamus ingredi domū dñi. tamen non pedem corporis docet custodiendum. sed pedem anime. id est gressum mentis. ut in conspectu dñi mundas pcces effundamus. Et est sensus. quando ingredieris domū dñi uidelicet ecclesiam. custodi pedem tuum. id est gressum mentis tue. ne offendas in malis cogitationibus in oratio tua pura dirigatur ad dñm. **INT** Quid est quod ait. ne

dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam. quo
 modo dicit homo os suum ut peccare faciat carnem
 suam. **R.** Quanto loquitur uanitates & uerba
 libidinosa quibus caro incitetur ad peccandum.
 Sed iste est proprius huius loci sensus. ne dederis
 os tuum ut peccare facias carnem tuam. hoc est noli
 querere uanis excusationes quibus des occasio
 nem carni tuae ad peccandum. hoc est noli dice
 re. non ego pecco sed quod habitat in me pe
 catum. id est fragilitas carnis meae. Quia si hoc
 dicis. deum puocas ad iram quasi ipse sit auctor
 malitiae tuae atque peccati. **Int.** Quid est quod ait.
 omnis labor hominis in ore eius. sed anima illi
 us non implebitur. quomodo fieri potest ut
 omnia quae homo laborat sint in ore illius.
R. Vir ecclesiasticus sapiens & doctus. omne
 labore habet in ore suo. quia omnia quae in
 scripturis discit. cotidie meditatur
 predicat & docet. & anima illius
 non implebitur. quia non sufficit sibi
 quod didicit. sed magis ac magis semper

discere cupit & studet. **IN** Quid est quod ait. me-
 lior est uidere quod cupias. quam desiderare quod
 nescias. quomodo uidet homo quod cupit. aut
 quomodo desiderat quod nescit. **R** Ille qui ocu-
 lo mentis discernit inter bonum & malū. uidet
 quod cupiat bonum. & quod repudiet malum.
 Qui autē sequit̄ uoluntate cordis sui & concupiscen-
 tiis. sepe desiderat quod nescit. quia uult comp̄-
 hendere quod non potest. **IN** De quo dicit salomon.
 qui futurus est iam uocatum est nomen eius. & sci-
 tur quod homo sit. **R** De dño ihū xp̄o. cuius no-
 men ante uocatum est in scripturis sacris quā ip-
 se carne de uirgine sumpserit. Et cognitū est p̄-
 phetis & sc̄is d̄i qd̄ uerus homo erat uenturus.
IN Si hoc de dño ihū xp̄o dictū est. quid est qd̄ seq̄t̄.
 & non possit contra fortiore se in iudicio con-
 tendere. quis est ille fortior contra quē dñs ih̄c
 contendere non potest in iudicio. **R** D̄s pater
 qui fortior est. quia filius sc̄dm̄ humanitate.
 minor est patre. **IN** Quid est qd̄ ait. melior
 est ira risu. cū risus sit res naturalis. ira uō sit

uitiū. **R**ira non semper est uitii. sed aliquando & iā
 uirtus est. quando irascimur nobis metipsis ut aliis
 peccantibus. Haec ergo ira melior est risu. quia ri-
 sus dissoluit mentē. & laetitia corrumpit hominis
 animū. Haec ira corrigit & emendat peccantem.

IN Quid est qđ dicit. calumnia conturbat sapientem.
 & perdit robur cordis illius. qui enim uere sapiens est.
 nulla turbatur calumnia. nulla deicit aduersita-
 te. **R** Sapiens in hoc loco nō ille intellegendus est qui
 perfectus & consummatus est in sapientia. sed qui
 iā coepit habere sapientiā. & tamē adhuc non est
 perfectus. Talem sapientē calumnia hominū siue
 aduersitas aliqua facile conturbat & perdit ui-
 gore ac fortitudine animae illius. quia dū pacien-
 ter nō sustinet aduersa uexat impacientia.

IN Quid est qđ Salomon ait. ne dicas in corde tuo. quid
 putas euise. qđ priora tempora meliora fuerunt
 quā nunc sunt. quid mali est dicere. quia prio-
 res dies meliores fuerunt quā isti modo sunt.

R Ideo malū est hoc dicere quia sicut ipse ait. stul-
 ta est talis interrogatio. **IN** Quare stulta inter-

rogatio est. si quis dicat. quae causa est quia prio
 ra tempora meliora fuerunt quam nunc sunt. **R** Ideo
 stulta interrogatio est. quia unus deus conditor om
 niu temporu. cunctoruq. dierum. **I**nter quibus
 enim unus sit deus conditor omniu temporu siue die
 ru. numquid non fuerunt tempora bona & mala.

R Vere fuerunt. sed virtutes faciunt nobis tempora
 bona. vitia & peccata faciunt tempora mala.
 Et idcirco nos ita semper bene vivere debemus.
 ut dies praesentes meliores sint nobis quam praeteriti.

Inter Quid est quod ait salomon. noli esse iustus multum
 neque plus sapias quam necesse est. quid enim ma
 li est simulatum est homo iustus. aut quis potest
 plus sapere quam necesse sit. **R** Ille multum
 & nimis est iustus. cuius iustitia seua & crude
 lis est & alios excitat ad querelam & murmu
 rationem. Verbi gratia. qui videt fratrem suum
 peccare & magis vult eum condemnare atque
 punire. quam per penitentiam corrigere & emen
 dare. ille utique multum & nimis est iustus.

Inter Quomodo sapit homo plus quam necesse est.

INT Quando superbe sapit. Unde monet ap[osto]lus. noli altu
 sapere. id est noli superbe sapere sed time. Ille & iam
 plus sapit quā necesse est. quia uult intellegere que
 non potest com[prehendere] neq[ue] penetrare. **INT** Qua
 re dicit salomon. qui timet d[omi]n[u]m. nihil neglegit. cū
 iacobus ap[osto]lus dicat. in multis offendimus om[n]i[um].
 numquid iacobus aut ceteri ap[osto]li non timebant d[omi]n[u]m.
 qui se in multis offendere confitebant[ur]. **R** Timebant
 utiq[ue]. & in multis offendebant. quia non est homo
 super terram qui faciat bonū & non peccet. **INT** Quo
 modo ergo uerū est q[uo]d dicit. qui timet d[omi]n[u]m nihil
 neglegit. **R** Qui ergo sc[ilicet] & castū d[omi]ni timore ha
 bet. nihil omnino neglegit. quia neq[ue] prosperi sele
 uat[ur]. neq[ue] aduersis deicit[ur]. quō quicquid illi accidit.
 in eū contristat. **INT** Quis est ergo ille qui sc[ilicet] &
 castū d[omi]ni timore habet. **R** Qui d[omi]n[u]m in nullo uult
 offendere. & quantum ipse adiuuare dignetur.
 ei uoluntate & mandata ipsius in omnibus uult
 & studet adimplere. **INT** Quid est q[uo]d dicit.
 Sapientia consistabit sapiente super decē prin
 cipes ciuitatis. quae est haec sapientia. ut quis sunt

isti principes. **R.** Sapiencia in hoc loco. dnm ihm
 xpm significat. qui est uirtus & sapientia di pa
 tris. Decem principes ciuitatis. sci angeli sunt intel
 legendi. qui sunt principes ciuitatis. id est hier tm
 caelestis. sunt & principes ecclae. quia ipsi cotidie
 regunt ea & custodiunt. **INT** Cur ergo decem dicuntur.
 Quia decem fuerunt ordines angelorum. sed unus cecidit
 p superbia. & idcirco boni angeli semp ad hoc la
 borant ut de hominib; eorum numerus adimpleat.
 & pueniunt ad pfectum numerum id est denarium.

INT Quomodo ergo sapientia confortat sapientem
 sup decem principes ciuitatis. **R.** Quia manus est
 auxiliu sapientiae. id est dnm ihu xpi. qua sit an
 gelorum. **INT** Quid est qd dicit salomon. Virum
 de mille unum repperi. mulierem ex omnib; non in
 ueni. numquid non multae mulieres scae fuerunt uir
 gines simul & uiduae. quae pudicitia & castitate
 ac bonis operibus do placuerunt. ex quibus plu
 rimae illarum matrio coronatae sunt. **R.** Vere
 fuerunt. & usq; nunc sunt plurimae uirgines ac uiduae
 do acceptae. Sed hoc dicit salomon quia suo tempo

noli aliu
 ille ex an
 legere qu
 re. **INT** Qua
 glegit. cu
 mus omf.
 ebunt dm.
 Timebant
 est homo
 cet. **INT** Quo
 t dnm nihil
 timore su
 prosper se
 illi accidit.
 qui sem &
 nullo uale
 lignetur.
 ibus uult
 t dicit.
 r decem prin
 a. ut quisque

re de multis uiris uix potuit aliquē inuenire bo-
nū. De mulieribus uō nullā inuenit. quia om̄s
eū non ad uirtutē sed ad luxuriā traxerunt.

¶ Potest haec sententia sp̄aliter intellegi. **R** Vere
potest. nā p̄ uirū designat̄ bonus animae cogita-
tus. p̄ mulierē uō carnalis & dissoluta cogitatio. 7
De mille ergo uiris uix unus inuenit̄. quia de mul-
tis uix inuenit̄ unus cogitatus purus & mundus.
qui p̄ uersa cogitatione non turbet̄ & polluat̄
extrinsecus. De mulieribus uō nulla inuenitur
quae placeat dō. quia carnalis & p̄ uersa cogi-
tatio non est accepta dō. **¶** Quid est qd̄ ait.
qui custodit p̄ceptū. non experiet̄ quicquā mali.
quo modo nihil mali experiet̄ qui p̄ceptū dī custo-
dit. cū scī uiri qui p̄cepta dī custodier̄ multa ma-
la perpeſſi sunt in hoc seculo. **R** Verū est. qd̄ qui
p̄ceptū dī custodit. id ē: omne qd̄ iussit & p̄cepit
d̄s. non experiet̄ quicquā mali in futuro. hoc est
nullū malū paciatur. nullū malū sustinebit in die
iudicii. Quāuis enim aliqua mala paciatur in
hac uita. leuia sunt & transitoria. In futura namq̄.

uita. nihil mali patietur. q̄ apueniet ad eterne bea-
 titudinis ḡtiam. **INT** Quid ē qd̄ ut. melior est canis
 uiuus leone mortuo. quid p̄ canē uiuū aut leonem
 mortuū uult salomon intellegi. **R** Canis uiuus sig-
 nificat populū gentiliū. Leo mortuus populū iudeorū
 ad nō de relictum. Melior ē ergo apud d̄m canis
 iste uiuens. quā leo ille mortuus. quia nos quide-
 genibus credimus. uiuentes p̄ fide cognoscimus d̄m
 patrē & filiū & sp̄m sc̄m. Iudei uō mortui p̄ infi-
 delitate. nihil sciunt. Alter canis uiuus ē peccator.
 qui se peccatis mortuū confitet̄ & per penitentiā
 resurgens. incipit p̄ iustitiā uiuere. Leo mortuus
 est iustus qui in sua iustitia confidit & de meritis
 suis gloriatur. & idcirco in supbia elatus mortuus ē
 apud d̄m. Melior ē ergo peccator humilis & per
 poenitentiā correctus. quā iustus supbus. quia iste
 abominabilis. ille dō ē acceptus. **INT** Quid est qd̄
 dicit. omni tempore sint uestim̄ta tua candida.
 & oleū decapite tuo nō deficiat. Numquid potest ali-
 quis candida semp̄ habere uestimenta. & si forsitan
 ita est diues ut semper uestimenta possit habere

emirebo
 a omf
 unt.
 Vere
 cogita
 gnatio.
 a demul
 mundus.
 polluat
 uentur
 r sa cogi
 At qd̄ ait.
 equā mal
 ptū dicit
 multama
 ff. quaqu
 p̄cepit
 hoc est
 bit in die
 atur in
 na namq̄

candida quod omnino difficile est. quomodo
 fieri potest ut decapite ipsius numquam deficiat
 oleum. quis unquam ferre potest ut semper habeat
 caput oleo punctum. **R.** Haec sententia non histo-
 rialiter sed spiritaliter debet intellegi. Nam pue-
 stimenta uirtutes designantur quibus anima
 uestitur & ornatur. Per oleum uero designatur
 opus misericordiae. id est elemosina. ut certe spiritalis le-
 titia. Et est sensus. omni tempore sint uestimen-
 ta tua candida. hoc est quae cumque bona egeris
 sint munda & pura. ut possint esse deo accepta.
 Et numquam deficias ab operibus misericordiae.
 & semper habere stude laetitiam spiritalem.

INT. Quae sunt muscae de quibus salomon dicit.
 muscae morientes exterminant suauitatem un-
 guenti. **R.** Quantum ad hanc historiam. si muscae mo-
 riantur in unguento precioso. exterminant suau-
 itatem illius. Verum tamen salomon spirituales mus-
 cas uult in hoc loco intellegi. **INT.** Quae sunt er-
 go ille spirituales muscae. **R.** Demones. uitia &
 peccata. Haec enim omnia exterminant suau-

tate unguenti . id est gratiam sp̄s sci . **INT** Quid
 est quod dicit . Cor sapientis in dextera eius . & cor stulti
 in sinistra illius . quis enim habet cor suū carnale in
 dextera uel sinistra manu . **R** Vere nullus . & ideo
 haec sententia spiritualiter debet intellegi . **INT** Quo
 modo spiritalit̄ est intellegenda . **R** Hoc modo . per
 cor designatur intentio siue cogitatio . per dexte
 rā manū opus bonum . per sinistra uō malū . Cor
 ergo sapientis in dextera eius . quia intentio & co
 gitatio iuri sapientis ad hoc tendit & ad hoc laborat .
 ut semper bona operetur . quatenus in die iudicii .
 ad dextera dñi . id est in sorte iustorū stare mereat̄ .
 & cū ipsis in aeterna beatitudine gloriari . Cor uō
 stulti in sinistra illius . quia & mala quae cogitat
 malis operibus accumulat . per quibus in die iudicii
 a sinistris id est in sorte reprobōrū ponet̄ . & cū eis in
 eter nū punietur . **INT** Quis est sp̄s ille de quo dicit .
S is sp̄s potestate habentis ascendere super te . locū tuū
 ne dimiseris . quis est iste qui potestate habet . cuius
 sp̄s ascendere super nos . locū nr̄m dimittere
 non debemus . **R** Diabolus princeps huius mundi .

Sp̄s ei est maligna suggestio. **INI** Sp̄s diaboli quo
 modo ascenderit super nos. **R** Quia persuadendo
 facit ut mala cogitem; Si ergo suggerente diabolo
 mala cogitatio ascenderit in cor nr̄m. non eidebem'
 locū dare. sed contra ipsam fortiter pugnare. ne forte
 opere compleamus malā cogitationē. Potest & sic in
 tellegi. Si habes in te humilitatē. mundiciā. castitatē.
 pacienciā. caritatē. & diabolus tibi suggererit. supbiā.
 libidinē. immunditiā. irā. odiū. ne dimiseris locū tuū.
 hoc est ne dimittas humilitatē ut efficiaris supbus.
 Sic & de ceteris est intellegendū. **INI** Quare dicit
 salomon. uē tibi terra cuius rex iuuenis est. & cuius
 principes mane comedunt. nūquid non beta fuit
 terra isrl̄ quae iuuenē habuit regē. dā scilicet qui
 triginta fuit annorū quando suscepit regnū. nūquid
 non bonus rex iosias. qui regnare coepit in adolescentiā.
R Vere bonus rex dā bonus & iosias. sed uē terra cuius
 rex iuuenis est. hoc ē in quo parua & infirma est sa
 pientia. & carnalis prudentia. Qui iuuenilia de
 sideria sequit̄. odit iustitiā. ueritatē. & iudi
 ciū. **INI** Quomodo principes mane comedunt.

R Principes mane comedunt . quando luxuriosā uitā ducunt .

& idcirco uē terrae cuius principes mane comedunt .

quia magis amant huius saeculi uoluptates & carnis delectationes . quā populi salutē . Ideoq . luxuriose uiuendo puerunt iudicium .

INI Quomodo beata est terra cuius rex nobilis est . & cuius principes comedunt in tēpore suo .

R Si rex nobilis est hoc est decorus sapientia . splendidus iustitia . ornatus bonis moribus & actibus .

uere beata est terra cui p̄est . qui regit eā in iudicio & equitate . & exaltat iustitia .

INI Qui sunt illi principes qui in tēpore suo comedunt .

R Illi nimirum qui non luxuriantur . qui non amant huius saeculi uoluptates . qui non uiuunt in crapula & ebrietate . sed cibos querunt tantū ad corporis sustentationem . Ideoq . beata terra quae tales habet principes . qui dum iustitiā & equitatē diligunt . utiq . n̄ p̄estunt iudicium .

INI Quid est qd̄ ait dauides septē nec non & octo . quae sunt iste septē partes ut octo quas dare nos iubet .

R Per septenariū numerū uetus testamētum p̄pter sabbatū . qui est septimus dies sc̄ificatus in lege . Per octonariū uō designatur nouū testamētū . p̄p̄t̄ die domi

liboli quo
suadendo
te diuino
one debent
nare . ne forte
ore est & sic in
cū . castitate
fferit . sup̄bia
ris locū tuū
is sup̄bas .
Quare dicit
mens est . & cum
ombeta fun
t scilicet qu
egniū . nūq̄
in adolecent
terre cuius
firma est
iuuēntia de
ate . & iudi
ne comedunt

nicū . qui est octauus dñi xpi resurrectione sacratus.

INT Quomodo ergo intellegendum est qđ ait . da partes septe
 nec non & octo. **R** Hoc modo idest utrumq. testamentū .
 uetus scilicet . ad nouū pari ueneratione credendo suscipe .
 & p̄cepta eorū diligenter implere stude . **INT** Quid est
 quod ait . Si ceciderit lignū ad austrū . aut ad aquilonem .
 in quo cumq. loco ceciderit ibi erit . Nunquid lignū qđ
 cadit contra aquilonē . aut meridiem non sepe mouet
 in aliis mundis partes. **R** Nulli hoc dubiū est . sed hæc
 sententia sp̄aliter debet intellegi . Nam p̄ lignū ho
 mo designat̄ . quō unusquisq. quasi lignū est in situ a
 generis humani . Per austrū qui est calidus uentus . desig
 nat̄ requies paradysi . Per aquilonē qui est frigidus .
 designat̄ inferni supplicium . Et est sensus . Vbi cūq.
 homo sibi locū & futurā sedē p̄parauerit . ibi erit cum
 mortuus fuerit . Hoc est sibi bene uiuendo sibi locū p̄pa
 rauerit ad austrū . cum ceciderit idē . cū mortuus fue
 rit . in requie paradysi & gloria regni caelestis per
 manebit in æternum . Si uō male uiuendo sibi locū p̄pa
 rauerit ad boreā . inferni poenas luet in sc̄ta sc̄torū .
INT Quid ē qđ ait . qui obseruat uentū non seminat . &

qui considerat nubes numquam metit. quis enim est tam
 stultus qui semper obseruet uentum ut non seminet. & semper
 consideret nubes ut nunquam metat. **R** Et haec sententia
 spiritualiter est intellegenda. Nam per uentum & nubes. se-
 pe tempestas generari solet. Per uen- **tu** ergo de-
 signatur diabolus. per nubes presentis **tu** saeculi aduer-
 sitates. Quicumque igitur timet diaboli persecutione.
 aut mundi huius aduersitates. non seminat id est
 uerbum dei non predicat. nec operatur bona quae ualent.
 numquam **&** iam metit. quia & si aliquando bona incho-
 at. ad persecutionem nea perducit. **INT** Quid ergo
 agendum est. **R** Sine consid- **er**atione nubium
 & timore uentorum in medijs tempestatibus semi-
 nare debemus. id est in omnibus aduersitatibus. & uer-
 bum dei predicare. & bona quae ualemus nos agere
 semper oportet. **INT** Quid est quod ait. mane semina
 sem tuum. & uespere necessest manus tua. quis enim
 semper mane & uespere seminare potest. maxime
 cum glaciali tempore nullus audeat seminare.

R Semen in hoc loco non intellegendum est frumenti. ut
 alterius cuiuslibet grani. sed semen boni operis. ex quo

nascitur fructus iustitiae. & merces aeternae remunerationis.

INT Quid ergo docet cū dicit. mane semina semen tuū. & uespere necessest manus tua.

R Vt nullo tempore. nulla aetate ab bonis operibus cesserimus. Et

nostram matutinū iustitiā uespere inueniat. & uespere matutinā iterū sol ortus accumulet.

In adolescentia pariter & senectute iustitiā copia nos semp̄ dō commendet. Mane ergo semina

semen tuū. & uespere necessest manus tua. hoc est

semp̄ te in bonis operibus exerce.

INT Quid est qd̄ ait. & florebit amigdalus. inpinguabit locusta.

& dissipabitur capparis. quidem p̄ fuit hoc dicere. cū nullus ignoret. quia & amigdalus florere solet.

inpinguari locusta. & dissipari capparis.

R Haec sententia sp̄italiter est intellegenda. & magnū

in se continet mysterium. Nam p̄ amigdalu designat

dn̄s ih̄c x̄pc. quia sicut nux amigdali constat

ex cortice & nucleo. ita x̄pc ex carne & anima

ac diuinitate. quō p̄ amigdali diuinitas designat.

INT Per locusta & cappari quid significatur.

R Per locusta populus gentilis. p̄ cappari populus iudaeus.

INT Quomodo ergo intelligenda est haec sententia.

R Florebit amigdalus. id est nascetur xpc. & coruscabit miraculis. Inpinguabit locusta. id est credet gentilis populus. & replebitur domus spiritalibus. Dissipabitur capparitis. hoc est peribit propter infidelitatem iudaicus populus.

INT Quare uerba sapientium stimulis & clavis ad simulantur. Sic enim dicit Salomon. Verba sapientium sicut stimuli. & quasi clavi in altum defixi.

R Aptissime uerba sapientium clavis & stimulis comparantur. quia peccatorum culpas nesciunt palpare sed pungere. Qui enim ueraciter sunt sapientes. eorum procul dubio uerba clavis sunt & stimuli. quia peccatores non blandimentis fouent. sed aspera increpatione redarguunt. & eorum secretas conscientias quasi pungendo ad dolorem & lamenta excitant ut corrigantur.

INT Quid est quod dicitur. quae pro magistrorum consilio data sunt a pastore uno. Qui sunt illi magistri. pro quorum consilio data sunt uerba sapientium. aut quis est ille unus pastor a quo data sunt.

R Magistri sunt scyphete & apti. Pastor unus. est deus.

terne rema
 mane se
 anis tua.
 perbus esse
 a ues pime
 rtus accuma
 e ustru co
 go semina
 tua. hoc est
 Quid est qd
 ubit locusta
 fut hoc die
 florere sole
 s. **R** Ha
 & magna
 gdala defig
 gdala confu
 e & anima
 unius defig
 d significatur
 i populus iud

quo data sunt omnia uerba sapientium. quia ipse docuit
magistros. id est prophetas & aptos. & instruxit eorum
consilium. quomodo ipse dedit uerba in corde & ore ipsorum.

IN Quid est quod ecclesiastes in fine libri sui dicit. dominum
time & mandata eius custodi. hoc est enim omnis ho-
mo. quomodo fieri potest ut hoc tantum sit omnis ho-
mo. id est timere dominum & obseruare mandata eius.
multo quippe maior est pars eorum hominum qui nec
timent dominum nec mandata eius obseruant. quam sit illos.
qui timent & custodiunt. **R** Vere maior pars est
malorum quam bonorum. quia sicut dominus dicit. multi sunt
uocati. pauci uero electi. Et incomparabiliter maior est
infidelium multitudo quam fidelium. **IN** Quid ergo in hoc
loco uult salomon demonstrare. **R** Hoc namque de-
monstrat in his uerbis. quia non est homo qui dominum non
timet & mandata eius non custodit. **IN** Quare non est homo.

R Quia non custodit modum rationemque suae naturae.

IN Quae est ratio & modus naturae humanae. **R** Ratio
nabiliter uiuere. quia inter omnia animalia solus
homo creatus est rationale animal. quomodo inter cun-
ta animalia terrae. solus homo accepit ad rationem

& intellectu. ut agnosceret suum creatorem. diligere eum
 & ac timeret. & corde simul & ore laudaret. **INT** Quid
 est dñm timere. **R** Voluntate ei implere & bona
 quae faciendae sunt facere. **INT** Si ergo qui n̄ timet
 dñm & mandata eius non custodit. n̄ homo. quid
 ergo est. **R** Bestia. **INT** Quomodo bestia est cū in
 eo uideatur humana substantia & persona. **R** Quā
 uis enī uideat̄ habere humanā substantiā & personā.
 tam̄ quia non rationaliter sed bestialiter uiuit.
 n̄ homo sed bestia dicendus est. **INT** Quomodo uocat̄
 bestia. **R** Si est crudelis suis domesticis uel subiectis aut
 uicinis leo ē non homo. Si autē raptor est. tigris ē
 aut lupus. Si uō ē adulter aut fornicator aut immun-
 dās. canis ē aut porcus. aut si est stultus. asino compa-
 rat̄. Si fraudulentus aut simulator. congrue uulpeculae
 adsimilat̄. Sic & de ceteris intellegendū est. **INT** Quis
 est ergo ueraciter homo. **R** Ille solus qui dñm timet
 & mandata eius custodit.

DE EUANGELIO IOHANNIS.
INT **Q**UARE BEATUS IOHANNES EUANGELISTA
 dilectus dñi uocat̄ discipulus. **R** Quia mul-